



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 12. Novi Archiepiscopi Epistola Pastoralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. fuisset. *Hæc a vobis non expectassem, A. C. 1729. quos tenero affectu dilexi, & maximi semper habui, meque potius tanquam amicum, quam Archiepiscopum ac Successorem erga Vos gerere constitui: de cetero meum est, de illorum moribus & doctrina habere notitiam, priusquam eis petitas facultates concedam: His dictis Parochos ad suas Ecclesias reverti iussit.*

§. XII.

*Novi Archiepiscopi epistola
Pastoralis.*

Quoniam vero Quesnellistæ nil solemnius haberent, quam quod in vulgus spargerent, fidei veritates per Constitutionem damnari, aut saltem obscuras reddi, saniora dogmata aut proscribi, aut immutari, moralis doctrinæ principia labefactari, aut omnino everti. Ut ergo Archiepiscopus hæc calumnias, falsosque rumores dissiparet, Instructionem Pastoralem die vigesima nona Septembris promulgavit, in qua luculenter ostendit, quod Constitutio nonnisi manifestos damnaret errores, nullatenus autem dogmatum veritates, aut Catholicarum scholarum libertates læderet, minus vero Regni legibus adversaretur. Dein demonstrabat, eam esse Ecclesiæ legem, cui sese opponere haud

haud liceret, ipsam vero Religionem & fidem eversum iri, si laicorum, & simplicium Sacerdotum judicia decisioni totius Episcopalis Ordinis praeferrentur. His praemissis serio ponderandum objecit, quam multa & gravia damna ac mala Ecclesiae ab illis fuerint illata, qui hos tumultus & dissensiones vel excitarunt, vel soverunt, quam periculose Religio in fidelium cordibus labefactata, docilitas ferme extincta, Christi Vicarius calumniis oppressus, Episcopalis dignitas atrocissimis criminationibus infamata, Episcoporum auctoritas vilipensa, ubique impugnata, eorum censuræ partim contemptæ, partim impune violatæ, debita inter varios Ecclesiae Ordines subordinatio destructa, cunctaque hæc mala ex fatali pertinacia fuerint exorta. Denique Archiepiscopus Pontificiam Constitutionem solemnem declaratione acceptavit, omnibusque suæ Diæcesis fidelibus (neminem excepto) sub pœnis a jure statutis præcepit, ut pariter sese eidem sincero corde submitterent.

Sæc. XVIII.
A. C. 1729.

§. XIII.

Ludovici XV. Galliarum Regis epistola ad Sorbonam.

Salu-